


## **Disqvisitio Ivridica Inavgvralis Num Et Qvo Ad Vasallvs Aere Alieno Antecessoris Teneatvr?**

Rostochii: Litteris Adlerianis, [1759?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862458838>

Druck Freier  Zugang









C. 158.

M. D. (B.) 17.



Q. D. B. V.  
DISQVISITIO IVRIDICA INAVGVRALIS  
NVM ET QVOAD  
VASALLVS AERE ALIENO  
ANTECESSORIS TENEATVR?

---

QVAM,  
CONSENTIENTE AMPLISSIMO IVRE-  
CONSVLTORVM ORDINE,  
PRAESIDE,  
DOM. ERN. IO. FRIED. Mangeln,  
SEREN. DVCIS REGN. MECKL.  
CONSILIARIO, ET PAND. PROF. P. O., TOTIVS ACAD.  
ET COLL. IVRID. SENIORE MAXIME VENERABILI,  
ATQVE AD H. A. DECANO  
QVAM SPECTABILISSIMO,  
PRAECEPTORE AC PATRONO SVMMOPERE  
COLENDO,  
CONSEQVENDORVM  
IN VTROQVE IVRE HONORVM  
CAVSSA,  
IN ACADEMIA PATRIA,  
D. 9. AVGVSTI. c1515CCLVIII.  
H. L. Q. C.  
PVBLICO EXAMINI EXPONIT  
IAC. PETR. BURGMANN,  
ROSTOCHIENSIS.


ROSTOCHII,  
LITTERIS ADLERIANIS,



n. m.  
193.







## INGRESSVS.

---



Quae, ex Iure-Feudali, de obligatione Successoris, qua aes alienum, meditatus haecenus sum, in aphorismos succinctos, tempore urgente, referre et partiri constitueram. Dum casu autem nonnihil otii nactus sum, omnia simul, quae illustrandae quaestioni inserviunt, quoad satis est, simul complecti et absolvere in animum induxi. Quamvis enim materia substrata haud parum intricata sit, ad principia tamen se reduci patitur, a quibus ad conclusiones devenitur. Adcedit, quod casus, si non possibiles omnes, frequentiores tamen, delibari queant, atque, salvis ubique rectoribus, determinari. Faveat B. L. huic opellae, et si quid monendum fuerit, de quo non dubito, placide moneat, rogo.

A

TRA-



## TRACTATIO.

## §. I.

**Q**uid sit aes alienum, explicare superfluum videri posset; methodi tamen gratia descriptionem qualemcunque praemittam, quae meo sufficit instituto. Aes alienum est, quicquid constituit creditorem ex una, et debitorem altera ex parte. Vnde aere alieno gravatum adpellamus illum, qui, collatis passivis cum rebus et iuribus suis, ita se constrictum apprehendit, ut vel omnino in statum insolventiae redactus sit, vel, debitis exsolutis, vix habeat, quod sibi superfit. Quicquid enim nostrum non est, alienum censi debet. Aeris autem vox, quod constat, denotat omne illud, quod admittit taxationem in commercio pecuniario. Dum scilicet permutationes pristinae contrahentibus innumera obiciebant incommoda et impedimenta, illarum vice, metalla ab omnibus, qui iisdem instructi erant, destinata fuerunt, velut pretium eminens a), quod omnium rerum et operarum pretia virtualiter contineret, et communem eorundem mensuram praeberet. Confirmat haec formula ex historia Iuris Romani antiqua, nemini ignota, quae in contractibus inter vivos et ultimis voluntatibus, quoad Comitua Calata frequentabatur b) *per aes et libram agere*. Ex quibus adparet, aes alienum et debitum coincidere, et ambo pro synonymis non immerito haberi, ut ut a Lexicographis titulis recte distinguantur c). Controversiam, quam Claud. SALMASIVS nonnullis ICtis movit: an mutuum sit alienatio? praetermitto d), et ad solum provoco b. HEINECCIUM e), qui, lite hac perorata, concludit: *aes illud, quod ad debitorem adinet, dicitur aes alienum.*

a) SAM. PUFENDORFIUS *de Off. H. et C. Libr. I. C. XIV. §. I. 2.*, et copiosius *de Iure N. et G. Lib. V. C. I. §. 3. seqq.*

b) Conf.





- b) Conf. HOPPIVS *Praecognitis I. Universi C. I. §. 17.* (Adhaerent illa eiusd. *Comment. ad Instit. Iustin.*, ubi horum Comitiorum, et huius formulae pariter fit mentio, p. 355. 357.) Add. b. HEINECCIUS *Syntagm. antiquit. Rom. L. II. Tit. X. p. 503. seqq.*
- c) D. G. A. IENICHIUS, h. a. defunctus, *supplement. ad Bibl. Iuridicam*, 1743. evulgatis, v. *aes alienum* p. 15. scribit: *vide debitum*, et *dele hunc titulum in bibliotheca*. Vterque titulus merito retinetur; siquidem, de eadem re, sub diversis titulis, commentati sunt Icti. Rectius forte dixisset: confer, quam dele. Comparatur Dom. D. CHRIST. HANACCII *diff. de aere alieno studiosorum* 1724.
- d) Recenset diffidentes et litem simul dirimit laudatus PUFENDORF. *de I. N. et G. L. V. C. VII. §. 9. not. a.*
- e) *Elem. Iur. Civ. §. 793.* Plura qui cupit, adeat Lexicographos, sigillatim CALVINUM, ut et *L. 213. §. 1. ff. de V. S.*

## §. II.

Omnis debitor obligatur ad praestandum illud, quod alteri, quem vocant creditorem, debet. Quod si illud facere omittat, aut in liquidis differat, iudex, re iudicata, in processu ordinario, vel in executivo, maxime cambiali, salva reconventionem salvoque separato, si exceptiones altioris sunt indaginis, decernit executionem.

## §. III.

Quaevis executio civilis supponit obiectum bonorum, quod pertinet ad debitorem exequendum. Alius enim pro alio, in regula, solvere non tenetur. Ridiculum igitur foret obiectum executionis quaerere e. gr. in re conducta, vel alia, in qua debitori tantum competit ius personale. Neque locum invenit executio in bonis uxoriis, qua talibus, quia maritus est tantum dominus civilis, in regula. Idem observandum est de iis, quae quis iure usufructus, usus et habitationis tener.

A 2

§. IV.





## §. IV.

Omnia, quae dixi, ad corpus ipsum spectant. Quorum vero ad reditus, in illos potest fieri immissio, quamdiu durat ius mariti, usufructuarii et similibus, salvo nonnunquam beneficio competentiae. Facit huc omnino quaestio practica: *an et quatenus post motum, a marito concursum, uxori competat, cum exclusione mariti, dominium, possessio et administratio bonorum ill. et adlatorum?* Late eam persecutus est b. BRVNNQVELL *pecul. diff. f*) Negat autor, maritum renuntiare posse usufructui bonorum dotialium in fraudem creditorum *per t. t. ff. quae in fraudem cred. et Tit. C. si dos constant. matrim.* Vnde sequitur, quod ante nuptias in pactis dotialibus fieri queat. Sed in sequentibus maiorem in modum fluctuat, ex generali controversia, de omissione emolumentorum, in praedictum, quam tam intricatam adpellat, ut Ictorum collegia in diversas saepe abierint sententias. Ventilat argumenta dissentientium, et definit tandem in ea sententia, quam rubrum praefert, quod nempe usufructus mariti in bonis uxoris post motum concursum cesserit. Mihi verior adparet sententia contraria, qua onera matrimonii et qua creditores. Reditus autem largiores, qui ea supergrediuntur, quae frugaliter vivendi ratio exigit, et beneficium competentiae tribuimus coniugibus et adiudicamus creditoribus, salva L. 24. ff. *soluti matrimonio*, vi cuius et constante matrimonio, uxor dotem repetere potest, si maritus incidat in inopiam, scilicet qua administrationem. Vid. BRVNNEMANN g). Pergunt DD., quod uxor, marito locupletior, postea facto, restituere debeat illata. Vid. GAIL. h), WISSENBACH i) et qui hos adlegat SCHOEPPER k).

- f) *De usufructu mariti in rebus uxoris, moto super illius bonis concursu creditorum cessante, lenae 1732, habita, praesertim §. 14. 16.*
- g) *ad L. 29, C. de iure dot.*
- h) *L. II. Obs. 85.*
- i) *ad ff. Vol. I. D. 48. thes. 16.*
- k) *Synopsi ff. Libr. XXIV, Tit. 3. soluti matrimonio dos quemadmodum petatur. §. V.*





## §. V.

Adcedo iam ad vasallum, de quo generatim occupandum est, eum nihil in regula agere posse in praeiudicium Domini directi et agnatorum, quales et certo respectu sunt descendentes. Quanta inter haeredes et successores sit differentia, vix est, ut exponam. Vnico verbo repraesentationis res conficitur. Quid iure civili repraesentatio sibi velit, expeditum est. Sed iura alia, videlicet publicum et feudale conceptus postulant distinctiores, quia notio successoris latius se proferat, quam notio haeredis. Conf. ZIEGLER 1), A LVDEWIG m), BEYER n) et Ill. Dn. AB AEMINGA et Dn. D. SCHLICHT-CRULL o).

l) *de iure successorum et haeredum*, Viteb. 1687.

m) *de obligatione successoris in Principatus et clientelas*, Hal. 1714.

n) *de obligatione successoris illustris*, Vit. 1714.

o) *de obligatione Principis Successoris ad Antecessoris sui debita, ex feudis imp. praestanda, et de obligatione Princ. Success. ad mutuum, ab antecessore ad solutionem dotis contractum, solvendum*, Gryph. 1750.

## §. VI.

In Iure feudali manebat, feuda mediata sive provincialia, eaque veri nominis, consideraturus, non quaevis feuda abusive talia. Etenim in his omnia in regula iure civili aestimantur; et haeres representat: novus successor tenetur, quia hypothecas et alia iura in re, simpliciter, ut alius, nisi obstiterint conventiones et interdum iura Domini directi.

## §. VII.

Quando feuda in vera et abusive talia distinxī, et priora sola meae disquisitioni subiicere constituti, differri tamen de veri nominis feudis non possum, eorum alia commuiter re-





gularia, alia irregularia cenferi. Vulgaris hic est conceptus, liquidem nulla datur universalis, abstractiva aut ontologica determinatio. Si difcedas a iure feudali speciali, nil certi constitui, dici vel scribi potest. Cuncta recidunt ad praesumptionem, quae ex generalibus, et v. c. patriae consuetudinibus feudalibus deducitur. Feuda Mecklenburgica aeri alieno in subsidium obnoxia esse constat; sed id cum grano salis adcipiendum est, ut mox docebo.

### §. VIII.

Qua Ius Commune feudale, ut aiunt, illustris est distinctio, inter debita vasalli et debita feudi, quae etiam onera feudi solent vocari. Omnia redeunt ad excussiones, quarum alia est feudi ante allodium, alia allodii ante feudum. Gravissimae de his agitantur quaestiones speciales, quae legi negligendae haud sunt. Evolvi merentur scripta HILDEBRANDI p), HOFMANNI q), PETERMANNI r).

p) *Diff. de excussione feudi ante allodium*, quae adnexa est Dom. DE BEVST. notis ad STRYCKII *Exam. Iur. Feud.*

q) *Diff. de iure separandi allodium a feudo. Francof. 1727.*

r) *Diff. de separatione feudi et allodii petenda et perficienda, Lips. 1733.*

### §. IX.

Pergere nequeo, nisi sequentibus, diligentius animo reputandis, commemoratis:

1. Supponitur debitum liquidum, ab antecessore vel antecessoribus contractum, et quidem (quod semel monuisse satis erit) intuitu feudi, quod non est mere haereditarium vel admodum anomalon, imo abusive ita dictum.
2. Concipitur, iunctim sumtis feudo et allodio, sufficientia massae intuitu omnium creditorum.
3. Enascitur collisio, inter successorem feudalem et haeredes allodiales, quorum hi exposcunt, salvo sibi allodio,

haec





*haec vel illa nomina*, ab illo esse hinc adgnoscentia, hinc extinguenda.

4. *Haec vel illa nomina* non absque ratione adpellavi. Nam ex iis concipi debet status regulae, et distinguendum est inter debita feudi et debita vasalli.
5. Virtus adsertionis domesticae: Feuda aeri alieno sunt obnoxia, est eruenda.
6. Si feudum eiusmodi nomina superaret, dabitur creditoribus regressus in subsidium adversus haeredes alldiales. Hic casus adpellatur nobis excussio feudi ante alldodium: oppositus excussio alldodii ante feudum audit.
7. Respiciantur, hoc loco,
  - a) Beneficium Taxae Pomeranum.
  - b) Fideicommissificationes.
8. Potest enim contingere, uti de Iure Communi feudali frequentissime sit, ut creditores, quamvis successio lauta sit, nomina sua, uti in iure illustriori crebro evenit, plane amittant.
9. Separatio feudi et alldodii curate est instituenda, et studiose observandi sunt illi, qui alldodium augent, feudum autem a nominibus non liberant.
10. Hypothecae consensuatae a Domino et agnatis simul et a solo Domino adprobatae accurrate discernendae sunt.
11. Qua Dominum respiciendum est, num sit Landes- und Lehns-Herr zugleich, nec ne? Facit huc Art. final. *Reversalium Meckl. de 1552*, qui probe notari debet.
12. Casus adpropriationis vel consolidationis, etiam temporariae, nullas diversitates gignunt. Quod etiam circa felonias locum habet.
13. Prudenter ubique existimandum est, in quam provincia versetur iudicans. Nos Mecklenburgica simul, imo passim maxime, scrutabimur.

§. V.





## §. X.

Faciamus periculum, hanc sylvam et congeriem ne dicamus, labyrinthum quadam ex parte extricandi. Complectitur bibliotheca iuridica propemodum innumeros, qui in has spinas se immerferunt. Non datur Compendium vel systema I. F., quod hoc argumentum non tetigerit. Eristici et qui adnotationibus operam dederunt, se macerant. Responsorum volumina pugnantibus abundant effatis, quod de decisionibus pariter adfirmandum est. Opellae, seu scripta minutiona academica, alia, magno numero extant. Eodem anno (1692) PETRVS MÜLLERVS, Ictus Ienensis s), et CASP. MATTH. MÜLLERVS tum D. Jur. postea Antecessor Rostoch t) hanc quaestionem ventilarunt. HILDEBRANDVS, HOFMANNVS et PETERMANNVS, qui, data opera, hoc saxum volerunt, iam excitati sunt. Multa supersunt, quibus merita sua nemo dubia reddit. Consultimus, quotquot innotuerunt, simulac eorum haberi potuit copia. Libere tamen sentimus, in nullius verba iurantes. Prae ceteris commendandi sunt, qui distinctionis inter debita feudi et vasalli rationem habent. Eminent inter illos CARPZOVIVS Lips., GERDESIVS, Gryph. Senior, et iunior v) atque ENGELBRECHT w).

Dabitur occasio, unum alterumque deinceps adlegandi, plura iam litteraria cumulare non licet. Qui iis delectatur, adeat librorum libellorum que catalogos reales, thesaurum I. F. Ienichianum, et Bibliothecam I. F., quae Ictorum industriam etiam per ingeniosos titulos comprobat, e. gr. diversorii, coniugii, nucis. cet.

- s) Dissert. de aere alieno. a successoribus feudi solvendo, quae in e-  
tymologia et declaratione vocum: *aes alienum*, operose occu-  
patur.
- t) Dissert. de obligatione successoris feudalis, ex facto antecessoris.
- v) Disput. inaug. praeside KRESSIO 1732. Helmst. ventilata: de  
debitis ex feudis Pomeraniae solvendis.
- w) Introd. in Notit. Iuris Feud. Pom. Suec. Cap. Spec. XI.

## §. XI.





## §. XI.

Gratum forte quibusdam faciemus, subiectis responsis Rostochiensibus, huc comparatis. En aliquod a. 1739. m. Octobr. Dom. de L. datum quoad illud; *feuda aeri alieno in subsidium sunt obnoxia*. Mithin ist nur erforderlich, den rechten Verstand sothanen Satzes zur richtigen Anwendungen herauszubringen. Es heisset also alles dasienige, in feudalibus, quae effectum subsidii, aes alienum, was in dem Stücke, desfalls Frage erhoben wird, derienige, welcher das Lehngut bis dahin eingehabt, dermassen schuldig war, das es nicht ein besonders onus feudi hiesse, und folglich absolute, und in solidum aus dem Lehn müste bezahlt werden. Vid. *R. Cothm. Conf. 92. n. 3. Vol. II. ibique all. verbis: Onera constituuntur duplicia, nimirum vel onera ipsius feudi, vel onera feudatarii et vasalli. Et quidem onera feudi rem et feudum ipsum adficiunt et obstringunt; onera vero feudatarii personam eius adstringunt et obligant: illa etiam rem et feudum comitantur, et rei feudique possessorem sequuntur; haec cum persona eunt eiusque haeredes tantum devincunt. Leg. ex professo b. Gerdes diff. de oneribus feudi §. 5. Add. Mevius Conf. 44. n. 87. b. Struv. in Syn- tagm. I. Feud. Cap. XIV. aph. 2.* Talia debita (onera feudi nempe) sunt igitur, quae immediate ex feudo, a quocunque successore, non attento allodio, quod forsan sufficiens est, solvenda.

Ita in terminis Generos, Dom. DE BALTHASAR *Diff. de beneficio taxae p. 65. Conf. diff. KRESSIO-GERDESIANA de debitis ex feudo Pomer. solvendis Cap. 2.*

Man distinguirt dahero, noch kürtzter, inter debita feudi et vasalli, und diese distinction ist, unerachret die Pommcr. Meckl. Lehne mixtam naturam haben, dennoch in diesen Landen diejenige, welche ohne Furcht der gegnerischen Meinung, die HR. GERDES *l. c. p. 96.* gar wohl wiederleget, beobachtet wird, wegen des effectus subsidii. Vid. *TORNOV. de feud. Meckl. P. I. p. 416. sqq. et Spec. Cap. III. de speciebus debitorum feudi, quibus exceptio excussionis non obstat. Add. TITII Lehn-Recht Cap. 18.*

B

§. 2.





§. 2. CARPZOV. *de oneribus vasalli Dec. I. pos. ult.* Da denn die actionirte Allodial-Erben exceptionem excussionis opponiren können. Vid. STRYCK. *de oblig. feud. consensu munita* C. I. n. 36. MEV. et STRYCK. c. 1. HILDEBRAND *diff. de excussione allodii ante feudum*, C. 2. §. 9. Alle hypothecarische, ia vom Lehn-Herrn, und von Vettern consensuirte Verschreibungen gehören mit zu demjenigen, was aus dem allodio mus, so weit dasselbe reicht, berichtiget werden. Denn, obschon ein solcher creditor, der hypothecam, etiam non-consensuatam hat, in diesen Landen, sich in seiner actione hypothecaria nicht daran kehret, und ihm nicht kan die exceptio excussionis allodii opponiret werden; So wird doch die Berechnung zwischen dem Lehns-Folger und den Allodial-Erben nach solchem principio eingerichtet, das das Allodium dergleichen Lücke gleich wieder ergänzt: welche adfertion in denen debitis absolute feudalibus nicht stat findet. Was demnach die Fälle anlanget, da ein Lehns-Inhaber zwar auf das Lehn haftende Capitalien, inter passiva aber auch gute nomina activa ausstehen hätte, bleibt es bey der natürlichen Warheit, das nemlich bey dem Todes-Fall, wenn die successores und haeredes verschiedene Personen, man zuförderst eine gemischte massam bonorum concipiren, und alle Schulden, die nicht absolute Lehn-Schulden, durch die ausstehende activa, und das übrige allodium, so weit es immer reicht, abtilgen. Was denn von denen debitis vasalli nicht kan bestritten werden, dafür haftet de iure Pom. et Meckl. das Lehn, welches man so gar an dem Rechte der Töchter spüren darf, wenn nemlich von derselben dote und alimentis die Handlung ist. Wie wol die iura provincialia feudalialia hie und da denen Töchtern, wenn sie alleine, auch, wenn sie Brüder haben, einige mehrere Vortheile zugestehen.

*Pergebatur ad quaestionem specialiozem:* Ob, da die Allodial-Erben praetendiren, das des defuncti mütterlicher dos, und desselben augmentum ihnen zufallen, und nicht zur Bezahlung derer Schulden angewandt werden müste, nicht ex hac





hac ratione, weil der defunctus seines Vaters und seiner Mutter Erbe geworden, dieses in ihm consolodirt, so das es qualitatem maternorum verlohren, und davon die auf das Lehn-Gut gelassene Schulden, davon defunctus auch debitor geworden, bezahlt werden müssen? Resp. das eine consolidation geschehen. Rationes: denn so waren die materna, so lange die Mutter lebte, ein wahres debitum, das in dem Lehn-Gute haftete, und es würde dasselbe durch die Erb-Folge, auf so viel entlastet. Ia es ward der Innhaber des Lehns auf so viel reicher, als die materna, cum lucro dotis, importirten. Hafteten dieselben in dem Lehn, war es, eo ipso, auf so viel erleichtert: würden sie sonst zugeerbet, war der Sohn verbunden, lieber davon Schulden zu bezahlen, besonders zinsbaare Capitalien zu tilgen, als dergleichen ererbtes Geld auszuthun, und interim andern schuldig zu bleiben und Zinsen zu geben; allermassen man sich immer, besonders qua effectum iuris tertii, vorstellen mus, was ein bester Hauswirth zu thun pflegt. Wir läugnen hiebey nicht, das der Frauen Eingebrauchtes ad debita feudi. non vero vasalli gehöre, als worin die allodial-Erben wol werden ihr Fundamentum setzen, aber man mus solche iura nicht de persona ad personam ziehen. Wenn eine Wittwe, auch Ehefrau, ihr eingebrauchtes selbst mahnet, oder liquidirt, bleibts dabey; aber wen ihr Sohn der Mutter Erbe worden, sic simul, so schreibt Herr GERDES, in der Diff. *de debit. ex feud. Pom. solvend. p. 14.* gar wol: si haeres matris et creditor feudalisis fiat, *sibimet et ipsi debere nequit.* Vid. LYNCKER. *Ref. for. Cent. VI. ref. 495*, welches dann den obigen Satz, das ein Vasall müsse, von seinem Erwerb, das Lehn-Gut bessern, überaus viel erläutert; angesehen es gänzlich dabey bleibt, das ein kluger Haus-Wirth nicht ehender dahin strebet, anderer Leute Creditor zu werden, bis er nicht mehr anderer Debitor ist (idem dicendum de emtione praediorum allodialium). Vid. SCHROETERI diff. *de Consolidatione*, in qua cap. 3. §. 7. posuit, *quod Consolidatio in feudalibus fiat ipso iure.* Es kömmt also alles in eine Stelle, und man mag die Casus





nehmen, wie man wil; so ist entweder das Lehn, durch die Erbschaft, eines Schuld-Postis erledigt; oder es ist der Vasall an seinem alodio so viel reicher geworden, und es kommen so viel wenigere praestanda denen Lehns-Folgern zur Last, propter regulam substratam: Feuda in his terris sunt aeri alieno obnoxia, tantum in subsidium. Entweder das Wort, subsidium, bedeutet nichts; oder es verhält sich dermassen, wie ausgeführt. Man kan auch überdis, per deductionem ad inconveniens, darthun, das es nicht anders seyn könne, in Betracht, das sonst ein Vasall könnte, wieder alle principia oeconomica, blos zu Schaden des Lehn-Folgers (etiam domini) die Schulden ungetilget stehen lassen, und anderwärts Capitalien au Zinsen belegen (item Allodialien kaufen). Auch in denen regulairsten Lehen (ut aiunt, Dom. ENGELHARDI *I. Feud. Nat.* constat ex meris principiis adoptatis, qualia nec rationis excitatae, ut alias loquimur, esse dici poterunt: da keine Schulden dasselbe adficiren, wo sie nicht debita feudi, oder consensuata sind, mus ein Vasall solche Invention nicht haben; sondern er mus, wenn er kan, von den fructibus oder sonstigen Gewinn, die Capitalien tilgen, und nicht, bey unabgestossener Lehn-Schulden Last, sich ein grosses allodium samlen. Wir wissen wol, das es berühmte Rechtsgelahrte giebt, die dieses nicht mit uns statuiren, und die des Mevii Decis. 55. P. V. für sich anziehen; allein, zu geschweigen, das Mevius distinguiret, haben wir doch das Gegentheil angenommen, weil uns die Regel, vom surrogato, und die Reflexion, von der negotiorum gestione, nicht hinlänglich vorkommen. Wir bleiben also bey unser Vorstellung eines besten Oeconomi, der sein Haus, wie man im schönen Sprichwort sagt, durch Bezahlung derer Schulden bessert, und nicht gerne ein Debitor ist, und Gelder anleihet. Unsere Meinung haben auch LYNCKER Cent. 4. Dec. 345. Cent. 2. Dec. 172. BERGER *Suppl. elect. discept.* P. 2. p. 788. PLESMANN *diff. de consolidatione feudi et allodii* C. 2. §. 19. Wir meinen auch, das eine iede Hypothecirung und Haftung eines Lehn-Guts (die debita iure feudalia ausge-





ausgenommen) nicht anders genommen werden, als, excusso allodio, jedoch unschädlich der erwanigen actioni reali.

*Not.* Haec meditatio moverunt virum, verum feudali-um benignarum, ut aliquando ita scriberet: Ein Vasall mus aus allen seinen Vermögen, und aus seinen Glücks-Gütern, das Lehn von der Schulden Last befreyen; daher denn, weil es ein müssen (vi iuramenti), er nicht kan immer das Lehn unter dem alten onere lassen, und, wenn er ex propriis einen Posten tilget, das quantum für allodial halten. *Idem ille vir*, alia occasione ita, cum approbatione, scripsit, qua substantiam, das in regula bey dem Schuldentragen der Meckl. Lehnen in subsidium, es bleibe; das aber Schulden auf die Lehn-Güter geladen, und andere Capitalien ausgeliehen, auf allodia ver-wender, oder gar in Banquen bestätigt werden wollen, wäre als ein Vnterschleif, zum Schaden des Herrn und der Vettern, nicht zu dulden, sondern zu beahnden u. s. w.

## §. XII.

Id nos studiose serioque agere, cunctis pellucebit, ut prin-cipia inveniantur generalia, quae specialioribus omnibus ad-commodari queant. Eodem consilio subiungimus eiusdem Collegii responsum, quod 1708 conceptum est, a Viris, qui in Domino iam omnes obdormiverunt. Agit de Vasalli mor-tui debitis, debitis feudi, nec in *Megapoli* confundendis, et egregie totam hanc causam illustrat. Quaesivere Domini de H., Nobiles Meckl.:

Ob, nach Meckl. Rechte, des verstorbenen Schulden ex allodio, oder ex feudo zu bezahlen?

Resp.

Das selbige ex allodio zu bezahlen; ausser denenienigen, so zum besten des Lehns erweislich verwandt, als welche aus demselben zu entrichten,

B 3

Rat.





Rat. respondendi:

Es scheint zwar 1) anfangs, das besagte Schulden indistincte ex allodio zu bezahlen, wenn so viel an allodialibus vorhanden, das es zur befriedigung derer creditorum genüget; angesehen in denen Meckl. Land-Reversalen in genere und ohne Unterscheid ausdrücklich verordnet, das nur die Schulden ex feudo zu zahlen, wenn sie von des verstorbenen Nachlas nicht können abgeführt werden.

Vid. *Revers. de 1621. §. 27.*

Allein, es ist dabey 2) zu erinnern, das die Schulden nach der gemeinen Praxi, zweierley Art seyn; alia nempe debita haereditaria, five vassalli, Erb-Schulden, alia vero debita feudi, Lehn-Schulden.

COTHM. *Vol. 2. resp. 92. n. 3.*, ibique plena manu all.

Wie nun zu denen ersteren der proximus agnatus, quia proprio iure succedit, gar nicht gehalten 2 F. 45.

Also haben die andern 3) wieder zweierley Beschaffenheit: angesehen einige debita feudi nur in subsidium ex feudo zu zahlen, deficientibus bonis allodialibus, v. gr. die Schulden, welche consensu agnatorum contrahirt, nicht aber zum besten des Lehns angewandt.

SCHRADER *de feud. P. VII. c. 27. n. 42.*

Imgleichen expensae in funus vassalli erogatae.

STRUV. *synt. I. F. cap. 14. aph. 20.*

MEVIVS *discuss. levam. inop. deb. C. 8. n. 102.*

Andere Lehn-Schulden aber haben 4) die Beschaffenheit, das sie simpliciter ex feudo zu entrichten, obgleich bona allodialia vorhanden, als wenn Schulden zu des Lehns besten verwandt. Ob nun wol in Mecklenburg, die Lehne simpliciter Schulden tragen, deficientibus allodialibus, und also auch die debita Vassalli defuncti seu haereditaria involviren, worin die





die Praxis dieser Lande vom gemeinem Lehn-Rechte, und der vulgari praxi abweicher.

COTHM. Vol. 2. Conf. 75. n. 34.

So können doch hingegen §) die vorcitirte Meckl. Revers. §. 27. alwo verordnet, daß die Schulden, so auf dem Lehn haften, deficientibus allodialibus, zu zahlen gar nicht extendiret werden, auf solche Schulden, welche nach dem gemeinen Lehn-Rechte, und ex praxi vulgari also beschaffen, das sie müssen ex feudo bezahlt werden, *wenn gleich allodialia vorhanden*, nachdemmahl iederzeit dergleichen constitutiones, die a iure communi abgehen, strictae interpretationis sind; Mithin befagter §. 27. nur von solchen Lehn-Schulden zu verstehen, welche nach dem gemeinen Lehn-Recht agnatum proximum, in subsidium, nicht aber von denen, welche ihn indistincte, ob schon allodialia vorhanden, stringiren. Daher man in der Antwort die limitation annectiren müssen.

Non dubito, fore hanc deductionem qua definitionem debitorum feudi sufficientissimam, et totam rem, in verbis: wenn gleich, ob schon allodialia vorhanden, illustrari utilissime, praesertim in his patriis, ubi anomala anomalis superaddere studuerunt multi.

#### §. XIII.

Nihil itaque videtur superesse, quam brevis commentarius, qui positiones nostras XIII. passim illustret, et, quoad nos, decisio illorum debitorum, welche (detur venia vernaculis vocibus) ein Lehns-Successor, wenn gleich allodialia vorhanden, auch in Mecklenburg, bezahlen mus. Hic status controversiae, ut opinor, distincte formatur, et extendit se etiam ad casus inter fratres et sorores, defuncti descendentes, pariter ac alios, qui sunt simul ex accidenti haeredes et successores, quae vexatissima quaestio peculiari §. proponetur.

#### §. XIV.

Antequam eo progrediar, salva, omni debita observantia, cum Illustribus Dominis Iure-Consultis Gryphicis, disputatio-





tationem, si non placentem, placidam tamem, instituere possem; sed generatim humanissime rogo, ut quantum a meis principiis diffideant, meum haud aegre ferant dissensum. Incidit in mentem et manus scribenti PERILL., nunc Dom. *Vice-Praefidis summi Tribunalis Regii Wismar.* ab ENGELBRECHT, oratio inaug. x) venusta, ab eo, cum Gryphicam adhuc ornaret Acaemiam, publicata 1737. Pomum eridos foret, quodsi in arenam descendere vellem, refutaturus, *Responsum CXXXV*, splendido operi insertum, quod 1744 lucem adspexit y).

*Quaesivit Anonymus Nobilis:*

„Ob nicht der Werth der Lehn-Güter, so weit der  
 „Vater, Sempronius dieselben, mit seinen maternis  
 „befreyet und meliorirt, ohne Einwendung einiger  
 „confusion oder consolidation, schlechterdings pro  
 „allodio zu halten, und solchemnach Sempronius dar-  
 „über, en faveur seiner Töchter, valide testiren  
 „können?

Resp.

Das die Frage zu adfirmiren sey.

Rationes, quas dubitantium vocarunt Domini illi, sunt arduae: a consolidationis facto et iure, ab investitura illimitata, et quod nemo possit praedium simul iure feudi et allodii possidere, noch zugleich creditor und debitor seyn. Das, da der S. die Lehn-Güter durch materna und dotalia, auch durch gute Wirtschaft, meistens von Schulden befreyet, die bezahlten Schulden die qualitem allodii nicht annehmen könnten; sintemahl ein Vasall, der die Schulden vom Lehn abbezahlet, dergestalt seine eigene Schulden zu seinem besten bezahlet, nihil alterante non cogitato adcadenti, quis agnatus sit successurus prae allodialibus haeredibus, filiabus praefertim emolumentum habiturus? Adlegatur LYINCKERI Decif. 1073. Das weiter des Sempronii Vater die Schulden aufs Lehn gebracht: Iam autem filius teneatur exsolvere debitum paternum, unde solutum ex feudo, a se ipso repetere nequeat.

BRVN-





BRUNNEMANN: Cent. 2. Dec. 77. Vafallus enim debita, feudo incumbentia, solvens, suum gerit negotium, quod in commodum successoris feudalis cedit. Pergitur, ad argumentum insigne, das, wenn ein Lehn-Mann mit seinem Gelde ein Lehn erkauffet, ohne Söhne verstirbet und nur Töchter hinter sich verläßet, diese Töchter so wenig im Lehn succediren, noch den Kauf-Schilling aus demselben Lehn wiederfordern können; sondern nur, wenn sie an ihrer legitima etwa verkürzet, zu sprechen haben; gleich der Käufer über den Kauf-Schilling zu testiren nicht vermag: das insonderheit, was an Schulden-Laßt durch gute Wirthschaft ex fructibus abgetragen, von denen Töchtern und andern Land-Erben pro allodio nicht zu achten, MEY. P. V. Dec. 55. et reliqua, quibus obviam itur verbis initialibus: allein, obgleich angeführte momenta sehr wichtig anscheinen, etcet. Primo ex facti specialissimis, et tandem, es habe der S. dadurch, das er dergestalt, qua obiectum disponiret, das er die bezahlten Schulden mit dem feudo mit nichten consolidiren wollen. *Sed hoc est in quaestione iuris.* Succedit argumentum, quod liberatio feudi ab aere alieno sit melioratio, ubi contradicitur MEY I O distinguenti, ob der vafallus possessor die Schulden de suo, oder ex fructibus bezahlet habe. Scribitur, ein Vafall hätte als utilis dominus allen Abnuz vom Lehn-Guth, derselbe Abnuz würde post perceptionem allodial, und gehöre denen haeredibus allodialibus.

*Id quod nemo negat, nisi per versionem, quae etiam necessitate oeconomiae et iuris extinctionem nominum respicere degebat, ipso facto et iure alia facta declaratio.* Vrgent Domini Gryphici argumentum, a meliorationibus, quarum species extinctio nominum esset, de melioramentis autem feudalibus disponi posse, per adl. STRYCKIVM probant. *Sed quaeritur: quid sint melioramenta, in vero sensu, ad dictum effectum, salvo dissensu in genere? et respondemus, quod sint impensae in corpus, quae fractus augment.* Ergo bessert zwar, wer Schulden bezahlt, sein Haus, *uti est in proverbio; verum fierent quatuor termini, si non distingueretur,*  
C haec





haec prudentia oeconomica eximens onus, cum impensarum versione, in augmenta reddituum, confunderetur. Vid. SCHWEDER, qui de impensis idem nobiscum sentit iuxta definitionem, nostrae confirmilem, verbis: augmentum et impendia, quae vel sola natura operante, vel hominis facto interveniente, feudo adcedunt, et in illud fiunt. In sequentibus n. 30., ut aliquid specialis Pomerani, quod in aliarum terrarum feuda, in praeiudicium domini directi et Agnatorum nequit transferri; nec tacendum, quod casum anomalum feriat, etsi quod extensio, per sequentes numeros propter ubique obstantem canonem: exceptio in casu non excepto firmat regulam, non satis corroboretur. Reliqua legantur a cupidis. Constant ex argumentis suadentibus e. gr. ab aequitate, quae non vult, ut quis cum alterius damno locupletetur: Responsio est in promptu. Specialia facti ad nos non pertinent et verba n. 39. Was aber einige obliiciren, wie ein Vasallus ein Lehn nicht zugleich iure crediti et feudi besitzen könne; ist, in Ansehung der Pommerischen Lehne, ganz irrelevant, auch de iure communi ganz unrichtig: dann, wann ein Vasallus melioramenta feudi machet, sind dieselbe allodialia, und der Vasallus besitzt das Lehn - Guth zugleich iure feudi et crediti. Nolumus repetere, quae cuius in mentem venire queunt. Tandem distinguatur ad n. 42. ibique all. GALLIVM inter feudum emtum et emtitium, salva statuendi libertate, quod neque hoc inde sit anomalon.

x) de nullo inter eruditos imperio, figillatim Iure-Consultos quam rationis et modestiae.

y) f. t. Selectiores Consultationes, collegii Iure-Consultorum Academiae Gryphiswaldensis.

### §. XV.

Controversia odiosa, cuius antea mentio facta est, utrum et quatenus allodium repudiari et in feudum succedi queat, et num et quare descendentes vel utrumque adire, vel utrumque repudiare debeant? paucis attingi potest: Status enim controversiae





troverſiae, qua filios interdum, hunc in modum formatur: Ob ein Sohn ſeines Vaters Lehns-Vetter ſey, und was das wircke? quandoquidem autem haec quaefitio ad praefentem diſquiſitionem directe non ſpectat, et Icti in varias non ſolum partes diſtracti ſunt; verum etiam variis utuntur diſtinctionibus, ſpatii temporis et paginarum ratione habita, eandem praetermiſi. Obtulit mihi ILLVSTR. DOM. PRAESES Reſponſorum Fac. Roſt. ineditorum manipulum. Ex editis huc comparata ſunt *Iud. VI. Cent. 3. Iuris Meckl. illuſtr. ſ. r. de iure filii, qua agnati patris feudalſ, item Iud. 73. Cent. dicta ſ. r. de filio nobili Meckl. alienationem feudi, a patre factam: impugnatur.*

#### §. XVI.

Reſtat, ut ad nonnullas poſitiones, ſupra expreſſas, ſpargamus flores, et denique de caſibus, in quaefitionem venientibus, tot ſcriptis ventilatis, ſuccincte mentem aperiamus.

Ad poſitionem primam uxeriorum bonorum caput tangendum eſt, cuius liquiditas ſaepius parit lites. Rarius, etiam inter nobilioris ineuntur pacta dotalia. Quantum in hac quoque materia, diſcrepent a dotalibus paraphernalia et receptitia, tranſeat. Porro viduis interdum magnae de reali dotis illatione et verſione in feudum moveri ſolent controverſiae. Benigniore ſequimur ſententiam, ſcilicet probata illatione, onere verſionem probandi viduas levandas eſſe: Imo MEYIVS<sup>z)</sup> arbitratur, praefumptionem iuris et de iure, haud patientem probationem in contrarium, militare pro vidua. Ab iis partibus BRUNNEMANN alique ſtant, et rigor contrarius diſplicet omnibus, qui non neſciunt, maritos raro pati, ut uxores negotiis ſuis pecuniariis interſint. Saepe etiam ſponſi, dote potiti, ſalva bona ſua cauſſa, vario aere alieno obſtricti ſunt. quod, adceptis dotalibus, diſſolvunt. Proh! ſi probatio in contrarium admitteretur. Incidit illud *Pufendor-ſianum a)*: lucrum eſt rei ſuae peperciſſe. Splendida eſt, inter b. *Conf. intim. Meckl.* SCHARFII Conſultationes, ea, quae ex-





stat n. 82., et inscripta est: *de meliorationibus feudi et successionem in istas: de impensis in feudo factis et fructibus feudi horumque restitutione.* Vti ea potest Lector cum fructu, N. 121. haec leguntur: nec necessario requiritur, ut in feudum versio probetur, quod etiam in his terris obtinet, teste MEVIO, cuius locus, supra adlegatus, additur. Notatu digna occurrunt apud COTHMANNVM b). Veterem artic. proiecti Iuris Feud. Meckl. 25. nempe Tit. XII. cui se fluctuans prorsus commisit noster b. TORN OVIVS P. I. p. 478., meritis alioquin in hoc studium insignis, non curavimus, sperantes, fore, ut et negativa ingrediatu novum Ius Feud. Meckl., et textus ita se habeat: Mit dem Beweis der Verwendung des wirklichen zugebrachten Braut-Schatzes, wollen wir die adelichen Wittwen verschonet wissen. Conf. Dom. D. et Consulis NETTELBLADT Libellus c) et idem d), item Dom. Consil. SCHAVMKELL e).

Ad effectum impetrandi lucrum dotis, die Landübliche Verbesserung, interdum nata fuit haec liticula. Vid. b. STRV-VII, *1 Cti quondam Kilon.* f). Add. Resp. Rostock. g), imo per arg. ipsius text. h). In Conf. Regio-Electorali, de dato Berlin d. 14. August. 1724. P. II. p. 49. Ita legitur: Wann illatio bewiesen, soll einer Wittwen oder ihren Erben, weder von denen Successoribus noch Creditoribus zugemuthet werden, über dies noch darzu thun, das die illata in das Guth realiter verwandt seyn; in betracht, das dieser Beweis denen Wittiben fast unmöglich und unthunlich sey: Dannenhero sie, deficiente probatione, wieder Recht und Billigkeit um das Ihrige kommen könnten.

z) P. II. Dec. 244.

a) vid. L. I. de O. H. et C. cap. XIV. §. 4. n. 5.

b) Vol. III. Resp. 21. n. 61. sqq.

c) de dotalitio e LL. et moribus Germ. speciatim Megapol. Sect. 3.

d) de vidua nobili Meckl.

e) de





- e) *de femina Meckl. C. II. §. 12. ibique all. TITIVS, alique, inter quos TORNOVIVS, causam utut implicans.*
- f) *diff. de lucro dotis, quae vere est scriptum iuris Meckl. feud. per autorem Resp. Dom. FLAHT, Suerino-Meckl., legatur ad hanc materiam §. 14.*
- g) *Cent. II. iuris Meckl. ill. iud. 87. ex anno 1728, quod adlegat STRYK. de vidua nobili Cap. 3. HORNII Ius Feud. Longob. Teut. C. XXI. §. 7. aliosque.*
- h) *Ord. Prov. Meckl. P. II. Tit. 45.*

## §. XVII.

*Ad positionem secundam, statum mutat concursus, qui nobis hac vice est nimis incommodus. Maxime Ius Mecklenb. respicit haecce adscriptio, quae alibi non magnopere urgens est, quia successores feudales fiunt liquidantes. Dignus est hic status extraordinarius peculiari disquisitione. Vid. Resp. Rost. i). Memorari hoc loco meretur Iuris Marchici feudalis indulgentia, qua (non alibi, quantum constat) creditores debitoris filiatur dotem constituere tenentur, sicut et CARPZ. k) confusit, ut iudex modicam summam stipuletur, a creditoribus, ad filias elocandas. Ita ex Fried. MÜLLERO, SCHOEPFERVS qui et Francofurti iura docuit.*

- i) *Cent. II. iud. 62. I. Meckl. Ill. sub rubro; de feudis Mecklenburgicis, non temere nominibus onerandis.*
- k) *P. II. C. 46. def. 17.*

## §. XVIII.

*Ad posit. III. IV. V. VI. copiose inserviunt responsa praecedentia. Vocem quidem excussionis feudi ante allodium, a quoquam usurpatam esse, non memini; placuit tamen eadem, propter casus possibiles, utut forte rariores. Finge e. gr. pecuniam, qua feudum coemptum comparatum est, mutuo adceptam, et bona fide nondum extinctam, haud omnem posse*





posse ex feudi massa solvi posse, nonne tunc recursum ad alodium locus erit?

### §. XIX.

*Ad pos. Septimam, qua lit. a, omnem facit paginam Magnif. Dom. de BALTHASAR diff. 1)* Ornet meam disquisitionem descriptio Cap. I. §. 7., quae hisce verbis concepta est: *Beneficium taxae est privilegium, agnatis aliisque successoribus feudilibus, antiqua observantia Pomerana, indultum, quo in casu successionis, ubi vel cum cohaeredibus, vel cum creditoribus feudi obaerati, quibus satisfaciendum ipsis res est, hoc commodo fruuntur, ut in taxatione feudi, eiusque iurium atque pertinentiarum, non rigorosum, ac supremum, sed moderatum mediumque pretium adtendatur.* Constitutio sane I. F. Pom. rerum indoli maxime consentanea est, quia inservit conservationi familiarum et feudorum, etiam qua interesset Domini. Succurrit mihi, haec scribenti locutio patria: Das ist es unter Brüdern werth, de qua alibi ulteriora quaerantur pragmatica.

- 1) *de Beneficio taxae, agnatis aliisque feudi successoribus in Ducatu Pomeraniae atque Principatu Rugiae competente, 1738. habita, Resp. Gen. Dom. ab VSEDOHM,*

### §. XX.

Meretur optimo iure illa diff., ut ex illa plura excerpan-  
tur, quia etiam ICto Meckl. varia dicta sunt. Cap. II. igitur,  
de his, quibus competit beneficium taxae §. I. supponitur ca-  
sus, ubi feudum ad praestandum feudale est adstrictum. *Hoc enim, (ita pergit autor) debito feudali deficiente, cessat etiam casus, in quo beneficio taxae locus esse potest.* Definiuntur transeundo utra-  
que debita, feudi nempe et vasalli: in §. 4. agitur de casu di-  
visionis inter fratres vel agnatos, et post expositam rationem  
status, haec leguntur verba, summopere notanda: *optimum ita-  
que id avertendi habetur remedium, ut uni vel alteri fratrum s. agna-  
torum, cedenda feudi particula pecunia redimatur, das der eine, so  
das*





das Lehn behält, den andern auszahle, oder ihn mit Gelde abfinde. *Neceſſe autem hoc caſu eſt, feudo priuſquam ſorti (dem Kavel) committatur, penes quem eius poſſeſſio manere debeat, congruam ſtatueretaxam, vel, facta aeſtimatione, iuſtum ipſi dicere pretium, quo alter fratrum ſciat, quantam pecuniae ſummam pro ſua parte feudi ab altero exſpectare habeat? Cum itaque hic res inter fratres agnatosque agatur; is autem, cui feudum obuenit, deterioris habeatur conditionis, eo, cui pecunia cedit, cum feuda ob onera ſervitiaeque ipſis impoſita, deterioris habeantur ſortis, quam alia bona allodialia, cuiuſvis liberae diſpoſitioni relicta, illa hiſ viliori vulgo aeſtimantur pretio. Comp. SCHWEDER m).* Adcedunt alia argumenta oeconomica.

m) von Anſchlagung der Güther Cap. I X. §. 4. not. e. quem tractatum Perill, Dom. DE BALTHASAR ſpeciali opere egregie adauxit.

#### §. XXI.

In §. 5. agitur de uſu beneficio taxae, ſeparatione viduarum, filiarum ſororumque. §. 6. de creditoribus graviter diſferit. Rarius igitur in Pomerania ſubſiſtantur feuda ob concursus, et omnis illa liſ Meckl. iam per *Conventionem legalem* n) decifa, in Pomerania nequivit facile emergere, quandoquidem proximus ſucceſſor ſit ambiens taxam. Mihi temperare non poſſum, quin ex *Rec. Viſit.* tunc noviffimo ab autore diſſ. vocato, huc referam verba: Wann der Lehns-Folger oder Anverwandte ſich, in primo termino, ſcil. des Aufboths eines Lehn-Gutes, zur Löſung und reluition, für den taxirten oder zutaxirenden Werth, angeben, ſind ſie nach Einhalt der Tribun. Ordn. P. III. Tit. 2. §. 27. dazu zu admittiren, „iſt die Taxation ungeſäumt zu veranlaſſen, wie dann auch einem ſolchem agnato ein fremder Käufer, der ein mehreres geben wolte, als eine rechtliche aeſtimation und taxa austrägt, nicht vorzuziehen. Optime haec adſeruntur et non ſuffragio ſolum, ſed et imitatione ſunt digniſſima. Reliqua doctiſſima diſſ. deducta, meos excedunt cancellos measque paginas, modo circum-





circumspecte notetur Cap. III. exaggerans denuo et latissime, quaestionem: *num beneficium taxae etiam in concursu creditorum locum habeat.* Vix erit, qui dissentiat, praesertim, si perrexerit legendo Cap. IV. *quibus non competat beneficium taxae.* Inter quos sunt 1) ipse debitor 2) eius filius ac nepos 3) omnis in allodio succedens. Ceterum supponitur se offerens, nullasque nectens moras; excipitur autem feudum emtitium, atque tandem iuxta §. 7. hoc beneficium non ferit debita feudalia mere talia. All. STRYCK, *de feud. Pom.* et GERDE-SIVS uterque a me supra laudati. Ratio ponitur in cardine, quia eiusmodi debita iure allodialium censentur, ita, ut immediate ex feudo a quocunque successore, non adtento allodio, quod forsan sufficiens est, solvenda sint; unde et concludimus, ista debita, si pretium taxae superant, etiam ultra taxam esse solvenda, scil. ex allodio. En igitur exstantissimam feudi ante allodium excussionem.

n) *den Landes-Grundgesetzlichen Erb-Vergleich de Anno 1755. d. 18. Aprilis §, 457.*

## §. XXII.

Ad lit. b. positionis septimae, nimirum de fideicommissificatione iam fecit ferias Ill. Dom. PRAESES o). Notetur ex illa pos. 12.: *Iura domini directi, per fideicommissum feudo superadditum, ne in minimis quidem mutari vel interverti debent,* item. pos. 13. *Fideicommissi superadditio quovis meliori modo ad omnium notitiam est referenda, id, quod fit in Holsatia per publicationem in tribus templis.* Vid. Exemplum Königsteinianum. Add. pos. 15. *Creditoribus futuris nocet omnino haec fideicommissificatio.* Pos. 23. ita inscripta: *Beneficium taxae, quo gaudent Nobiles Pomerani, facit pariter ac fideicommissi superadditio aliquid ad conservationem familiarum.* Allegatur praeter Dom. DE BALTHASAR b. SCHWARTZII egregia *Pomm. Lebens-Hist. p. 855. sqq.* et passim, si daretur vacuum, infererem ad exemplum Meckl. responsum Fac. Rost. anno 1749. datum. Legatur, si volupe est, illud in Selectis iurid.





iurid. Rost. p) Repetere placet verba: dieser testator, v. L., hat ein sehr gutes temperamentum getroffen, indem er eine gute Oeconomie befördert, und der Verschwendung einen Riegel vorgeschoben. Latioꝛ deductio eiusdem Collegii ad Casum, in familia nobili Buloviana, vide, in iisdem sel. q). Lubet et ex illa has decerpere lineas: Vnd ob tes zwar seine bekandte Richtigkeit hat, das die Mecklenb. Lehn - Güter Schulden tragen, ist doch solches nicht als ein privilegium derer creditorum; sondern vielmehr derer vasallorum et debitorum zu verstehen etc. Ist auch in Mecklenburg kein Gesez oder Gewohnheit im Wege, vielmehr wird der Lehn-Herren conditio dadurch gebessert. Ita tunc anno 1740. iam notetur circumspēctissime §. 445. des Landes - Grund-Gesezl. Erb - Vergleichs, ubi ita: *Wollen wir auch zum Aufnehmen, und zu Erhaltung unserer Ritterschaft, nicht entgegen seyn, das sie Fidei commissa und Maiorate in unsern Landen wegen der neu adquirirten Lehn-Güther errichten. Iedoch wollen wir bey der verheissenen Verfassung des Lehn-Rechts über eine allgemeine Landes - Ordnung, nach welcher dieselbige einzuführen, uns zuvor mit einander vereinbaren.* Conf. *Rescriptum Ducale*, adnexum diff. *Excell. Dom. Doct. et Profess.* BECKERI. s)

o) *de fideicommissi familiae qualitate, feudo superaddita*, hab. ann. 2742. Resp. *Gener. Dom.* de SCHACK, Canonico Magdeburgico.

p) *Fasc. I. Spec.* 37.

q) *Fasc. IV. Spec.* 21.

s) *de valore fideicommissorum*, 1752. hab.

### §. XXIII.

Ad positionem octavam et nonam nil suppetit mihi peculiare, quod addatur. Distinctio in pos. X. facta, inter hypothecas, vel a domino tantum, vel a domino et agnatis

D

simul





simul consensuatas, in concursu creditorum, qua ordinem, item in quaestione, quid sit debitum feudi suo destituta non est usu.

Positio undecima magni est ponderis, ac neglectus illius distinctionis multam saepe in feudalibus peperit confusionem. Respiciamus ad brocardicum illud: Lehns-Pflicht macht keinen Unterthanen, quod iuxta nostrum feudorum, vere talium, conceptum, omnem fere amittit adplicationem. Evolv. qua feuda extra curtem REHFELDT. t)

t) *diff. de feudis in curte et extra curtem*, Thesaur. I. Feud. lenich. inserta, Tom. II. p. 104.

#### §. XXIV.

Qua positionem XII. me refero ad Dom. G. D. HOFFMANNVM, Ictum Tubingensem. v) Definitio ex §. 7. huc poni meretur: definit ibidem laud. autor. ad appropriationem *per modum finiendi et extinguendi feudum, quo, mediante conventionione, Vassallo fidelitas, obligatio et nexus vassalliticus, a Domino legitime remittuntur.* Add. Dom. BAVERI *diff. w) iuxta quam consolidatio est modus amittendi vel potius finiendi feudum, quo dominium eius directum, cum dominio utili in unum redigitur.* Adnectuntur haecce: quod feudi consolidatio saepissime ad tempus saltem duret, ita, ut post illud effluxum, qualitas feudalis, ob peculiarem feudi consolidationem, aliquando reviviscat. Hinc rectius nobis fuit enata divisio, ex opposito. Scripserat paullo ante excir. autor de aliis consolidationibus v. gr. qua usumfructum, emphyteusin, cet., quod feudi consolidatio alia sit perpetua, alia temporaria. Quam vellem, locum mihi dari, de feudorum refutationibus differendi; sed digressio nimis aliena foret. Vnicum adnoto, me observasse, notionem refutationis ultra limites extendi, de casibus, in favorem alius, vel personae vel lineae. De reformationibus feudorum, vom Rechte der Wiederverleihung und Bestätigung der eröffneten Lehne, leg. spec. *diff.*





diff. saepe laud. *Dom. de BALTHASAR* de anno 1750. Adtendatur omnino ad verba des *Mecklenb. Vergleichs de a. 1755. §. 443.* Die Wiederconferirung der eröffneten Lehne betreffend, welche sonst nach bekandren Lehn-Rechte, uns als Domino feudi wiederanheim fallen; daz zweiffen wir nicht etc. Iedennoch können wir uns hierin nichts vorschreiben lassen. Qua propositionem posteriorem legantur Feudistae, quorum plurimos adduxit *BAVERVS excitatus.* Sigillatim novissime de hoc capite commentatus est *III. Dn. NETTELBLADT, Hal. 1757.* item *Dom. WESTPHAL, x)* Resolvenda sunt omnia in quinque classes.

Ultima positio, XIII. nempe, non indiget commentario.

v) *de adpropriatione feudorum ex utroque I. F. Long. et German. tam publico quam privato, Tubing. 1757.*

w) *de feudi consolidatione temporaria, Lips. 1718.*

x) *diff. de effectu feloniae Vasalli, quoad successores feudales praeter legitimos et effectu feloniae successorum feudalium quoad alios successores feudales, Hal. 1757.*

#### §. XXV.

Occupatis hisce principiis, conclusiones facili negotio eruuntur, casibus specialibus, circa quos versamur, inservientes. Iuvat potissimos universos, qui in quaestionem veniunt, casus in seriem redigere, et de iis quaecunque iudicium interponere. Nullus datur I. F. scriptor, qui non aliquid differat, sed qui totam perlustrare cupit segetem, adeat *B. MEVII speciale Consilium XLIV.*, iunctis alleg. utroque *MÜLLERO, Rost. et Ienens.*

A definitione ordiendum est. Arridet nobis definitio *diff. Balthaserianae*, scilicet, quod debita feudalia sunt onera l. aes alienum, feudo inhaerens, ob legis vel consuetudinis dispositionem, vel utilitatis ergo, quam feudum inde percipit, a successore feudi inde solvendum.





## §. XXVI.

Definitionem sequitur distinctio. Apprime placet MÜLLERVS Ienenfis, qui *C. II.* inscripfit: de aere alieno, a successoribus feudi *simpliciter* solvendo, et *Cap. III.* de aere alieno, a successoribus feudi *in subsidium* solvendo; tandem *Cap. IV.* de aere alieno propter consensum Senioris et eorum, quorum intererat, solvendo. Removitiam *Cap. I. thes. 3.*, prouti et mearum esse partium duxi, in positionibus, feuda mere haereditaria, quae iure allodialium cenferi dicuntur, quamvis superint, qui hanc adfertionem limitent; quae tamen rimari praesentem excedit operam. Vid. *Illustr. Dom. MOELLERII*), ubi summa habetur impensa opera. Restant igitur illa, quae plane sunt opposita, nempe ex pacto et providentia maiorum, ut aiunt, et mixta. De quibus tamen tenendum est, priora vix talia dari, quae, rigoroso conceptu, eo nomine venire queant: quoties vero mixtura adcedit, cuncta esse lubrica et mere historica, iuris praxeosque particularis. Exemplum operosae quaestionis subministrat dist, *Engelbrechto-Bernstorffiana, de singularibus feudorum Meckl. iuribus 1713. Sect. I.*

y) *Vf. Pract. Dist. Feud.*

## §. XXVII.

His tamen non obstantibus, datur quaedam praesumptio et aliquid, quod licebit adpellare communiter-tale. Sequemur, salvo dissensu, classificando dictum *Petrum MÜLLERVM*, cum eo ad primam classem aeris alieni a successoribus feudi simpliciter solvendi, (licet non deficiat allodium) referentes,

1. Pecuniam, alicui ad emendum feudum, mutuo datam. vid. thes. 5.
2. Residuum pretium, pro quo feudum est emtum. vid. thes. 9.
3. Quicquid proprie et utiliter in feudi substantiam fuit verum, vid. thes. 12.

4. Dota-





4. Dotalitium, cui multa ad censentur nomina synonymica. Secundae classis nempe aeris alieni, a successoribus feudi in subsidium solvendi, adnumerantur,

1. Alimenta filiarum. vid. thes. 1.

2. Dos earundem. vid. thes. 2.

3. Alimenta, alias in feudo successorum, qui tamen, propter animi corporisque vitium, ad successionem pervenire nequeunt vid. thes. 14.

4. Legitima filiarum, si pater omnia impendit bona allodialia, in bonorum feudaliū comparationem. vid. thes. 6.

5. Sumtus funebres vasalli defuncti. vid. thes. 17.

#### §. XXVIII.

Tertia classis vel ex solo rubro constat, nec exemplorum illustratione indiget, scilicet de aere alieno, propter consensum Senioris s. Domini et eorum, quorum interest, solvendo. Consentiendi modum describit MÜLLERVS cit. eiusque efficaciam, §. 8. statuens, in feudis non dari hypothecam tacitam, id quod autem non de omnibus adfirmandum est provinciis. Adduci merentur, quibus MÜLLERVS l. c. sub finem huius capituli utitur, verba: *agnati quando consenserunt, non consensit dominus, illi ad solvendum aes alienum non constringuntur.* vid. thes. XI. limitans tandem hisce verbis: *nisi forsitan agnati expresse se ad debiti solutionem adstrinxerint, atque sic debitum in se receperint, praeterea-que oppignorationi consenserint, tunc non ratione pignoris, sed promissi tenentur.* Hisce me non immiscebo, Vid. spec. BAVERVS, alii.

#### §. XXIX.

Ira MÜLLERVS, qui aequitatem passim urget ac regulam, quod nemo locupletior fieri debeat cum alterius damno. Placet et alios audire, animadvertendi causa, quales hi addiderint species, et quorsum collocarint. STRYCKIVM potissimum adire, non abs re erit, qui titulum huc spectantem, in-

D 3

scripsit:





scripsit: *de obligatione feudali ex quasi-contractu*, quam 2) ita descripsit: *quod sit ea, quam successor addeptando feudum tacite (ipso iure) etiamsi non ut haeres succedat, subit.* Remittit se qu. 4. ad consuetudinem, postquam arbitrarie definiuit, quoad effectus tamen non rite distinguens, qu. 3. licet utens verbis: *recurso ad feudum non datur et qu. 6. etiamsi supersit allodium.* MÜLLERVS meliorem classium praebebat ordinem, Promiscuos spectemus casus,

a) impenfarum in refectionem feudi.

Vtitur voce refectionis, in dicta quaestione, ac sequentem ita nectit: *Sed cui versionis probatio incumbit?* Alii phrasi conseruationis a ruina delectantur. Notio refectionis est lubrica. Refert ad hanc speciem STRYCKIVS,

b) ea, quae Advocato data, qui causas feudales utiliter gessit, ut consequatur salarium. Sed quid si successus intentioni non respondit? Hoc ex principiis negotiorum gestionis determinandum est. Distinguat inter mutuo adicipientem, simulac requirentem Advocatum, sub cuius nomine etiam Notarius veniret, et tertium, successorem scilicet.

2) *Exam. I. Feud. C. XXI, qu. I.*

§. XXX.

Pergit STRYCKIVS ad

c) residuum pretii, discernens I. Sax., quod contra successorem disponit, a I. Com., quod, prouti tradit, contra haeredes allodiales sancit: subsidii immemor est.

d) Iura uxorum, *qua dotalitium*, quod pro dote illata moribus dari, tradit. Nihil quasi dixit, versionem simul requirens et dotem silentio praeteriens, sibi qu. 8. et 11. contradicens. Quid iuris Meckl. vid. *Revers. de a. 1621.* Devenit *ad lucrum dotis*, ex moribus, ad *paraphernalia, morgengabam*, aliaque





que. Quid de his in Megapoli, iuxta Ord. Pol. et mores statuendum, vid. ad apices I. Meckl. III. a) Add. Resp. Gryph. b).

a) Cent. III. iud. 4. et Cent. IV. iud. 27.

b) in Collect. Engelbr. n. 63.

### §. XXXI.

Devenit STRYCKIUS

e) ad iura filiarum, quae pariter ac iura uxoria I. Comuni sunt invisibilia. Adiungit

f) discursum de sumtibus funebribus et

g) de debito contracto ad praestandum servitium militare, in specie zur Aufbringung des Lehn-Pferdes. Carpzovium fontica ex ratione negantem excitat, quia vasallus fructus percepit, ex quibus servitia praestanda, Marchicis recessibus contrariis subiunctis, suum vero iudicium suspendit.

### §. XXXII.

B. MÜLLERVS Rost. c) discernere contendit debita feudalia, inquiens: debita feudalia non esse uniusmodi, alia enim simpliciter, alia non nisi, deficiente allodio, ex feudo solvenda. Sequentiamixturam sapiunt. Breviter, neque haec diff., neque MEYVS qua Conf. 44., neque GERDESIVS, neque STRUVIUS, neque HORNIUS cit. huic satisfacere videntur materiae.

c) *supra laud. diff. C. II. §. 4.*

### §. XXXIII.

Iam, quid mei sit officii, rogo, deficiente I. Comuni, DD. fluctuantibus, praeter necessitatem modo distinguentibus, modo limitantibus, iuribus provincialibus admodum variantibus. Quodsi aliorum opiniones recensere meamque una cum rationibus dubitandi et decidendi cum his comparare vellem, liber





liber vastus exarandus esset, non libellus, qualis dissertatio in-  
angularis est. Neque pollicitus sum, neque constitui, hanc diri-  
mere litem; sed meam tantummodo subiungere sententiam,  
sed etiam id, omittis licet rationibus, me, ut iam sentio, suspen-  
sum tenet, De iure patrio ad singula respondere verat religio.

#### §. XXXIV.

Pedem igitur figo, persuasus, principia universalialia, ex  
parte nova, causam levasse, eoque nomine me B. L. gratiam  
initurum fore, reor. Speciatim credo, per principium oe-  
conomicum, de non temere augendo allodio, in domini et agna-  
torum praeiudicium, me bonis officium fecisse. Expectetur  
lex publica eiusmodi technis, in domini et agnatorum detri-  
mentum vergentibus, obicem ponens.

#### §. XXXV.

Hoc posito principio, subscribo MÜLLERO, Ien. in classe  
prima de debitis, ex feudo simpliciter solvendis, qua n. 1. 2. 3,  
de pecunia ad emendum mutuata, de residuo pretio, ac de  
versis in feudum. Memini distinctionis, ab *Ill. Dom. PRAE-*  
*SIDE*, in praelectionibus I. Feud. ante annos perceptae, inter  
allodium, im Hause (sumta hac voce pro oeconomia, bene  
instructa, in praedio feudali) et allodium außer Häuses. Quod  
ad prius insignes paratae pecuniae summae, quas nullus bo-  
nus paterfamilias otiose recondit, non spectent, per se patet.

#### §. XXXVI.

Qua num. quartum Müllerianum, de dotalitio, repeto,  
quod iura maiorem in modum varient, et quod in Megap. conf.  
spec. Tr. Excell. Dom. Consulis NETTELBLADT, ipso iure non  
detur. Qua caetera emolumenta uxoria, in memoriam revoco  
*Resp. all. I. M. I. Cent. 4. iud. 27*, quod nihil possibile reli-  
quit intactum. Adtendendum tandem est ad §. praec. de illi-  
cita conversione feudalium in allodialia. Qua lucrum detis  
vid. cit. TORNOVIVS, pariter ac STRVVIVS.

#### §. XXXVII.





## §. XXXVII.

Qua classẽ secundam Müllerianam, de solvendis ex feudo in subsidium, qua n. 1. et 2. intuitu filiarum subscribo, sub reservatione antea dictorum. Leg. generatim SCHÖEPFERVS. d) Quoad iura specialia, inspiciatur diss. SCHAVMKELLIANA e), item b. MÜLLERI diss. f). Qua nr. tertium, de alimentis, a successore feudali propter defectus, iuxta Tit. doctrinae feudalis, de personis, feudum adquirentibus, aestimandos; si omnia agantur bona fide, suspicionem malae notae incurrerem, nisi adcederem.

Qua nr. quartum, de legitima filiarum, retineatur ille, ubi filiabus melius prospectum non est: id quod de nostris terris, laudatissima praxi factum est, quam, in specialissimis quibusdam locis suis relinquo Vid. *Ampliss. Resp. g)* 1742. datum.

Ad nr. quintum, de sumtibus funebribus vasalli, existimatio haud patitur, nobilem sibi concipere, qui non tantum post se relinqueret allodio, ut ad minimum mediocriter humari queat; praesertim si praelatio in concusu creditorum consideratur. Vanum et respectu Iuris Meckl. inutilissimum est hocce problema. Qui huc contulerint annotationes in STRYKIVM, mirabuntur fluctus, quos hae in simpulo movent, in specie Ludewigum non sine censura dimittente. e. gr. qua not. ad quæst. 3 v. *in ipsis debitis feudalibus ad feudum demum recurritus, deficiente allodio*, haec boni Homeri dormitatio abusus invenire posset. Sed plures non desunt Homeri. Ad quæst. 22. de sumtibus funebribus, ita commentatur: *eiusmodi funebres expensae haudquaquam sunt necessariae, imo potius sapiunt paganismum*. Proh! quid de opposito sumtuum funebrium, etiam qualiumcunque, videtur, si scilicet plane nihil impenderetur in effeendum funus. Qua excessus, magno huic viro adstipulor, ast paganismus, invita historia, sacra et profana, adlitus, bilem mihi movit.

d) De dote et alimentis filiarum nobilium, hab. Francof. 1685.

e) De femina Mecklenburgica.

E

f) de





f) *de filia nobili Mecklenburgica.*

g) *Collect. dicta Cent. III. iud. 23. a. 1742. datum.*

§. XXXVIII.

Pergo ad Stryckianum augmentum, et qua

a) concilietur in casu dato resectio et melioratio, iuxta principia, antea data: qua

b) non invidio Advocato ius illud, utur turpe videatur, eiusmodi viro non promptius solvisse debitum. Ad

c. d. e.) me remitto ad praecedentia, quoad f.) plane dissentio; vasallus enim, qui ad praestanda servitia pecuniam mutuo sumsit, homo videtur fruges consumere natus.

§. XXXIX.



Vellem adhuc notabile Resp. Rost. a Fac. a. 1709. Dom. de Iurgis datum, ex I. Meckl. Ill. Cent. 2. iud. 71. huc transcribere; sed quia id in manibus omnium, quos Iuris Meckl. studium oblectat, ultima tantum verba recitabo:

Wann aber solche Schulden schon auf dem Lehne gewesen, wie der defunctus dasselbe bekommen, so sind es, respectu seiner, nothwendige Schulden, welche ipsi feudo inhaeriren und als ein onus feudi considerirt werden. Vid. *Reversal. de 1621. §. 31. ibi: anererbte Schulden.* Also, das, wann auch anderwärts Geld aufgenommen, dergleichen Schulden zu bezahlen, dennoch die successores feudales solches Geld bezahlen müsten; das also in Mecklenb. die Allodial-Erben nicht können angehalten werden, die Lehne von den angeerbten Schulden zu befreien.

Qua tertium, commendo cessionem iurium, cuius neglectus creditori cuidam magnas contraxit molestias.

Casus, de sumtibus studiorum et exercitiorum, *vid. in progr. B. DASTINELLERH, post. diss. de eo, quod iustum est, circa saltationes, Viteb. 1730.*

TANTVM.



CON.



CONSULTISSIMO ATQVE DOCTISSIMO  
DOMINO  
DOCTORANDO,  
TOTVS GRATVLATVR,  
PRAESES,

**D**uplicata, *Vir Consultissime* ! mihi eveniunt, ex inclyto *Burgmanniano* nomine, gaudia. Binos enim Frates doctissimos, Filios optimae notae, summi Theologi nostri, *Domini Io. Christ. BURGMANNI, S. S. Theol. et Philos. Doctoris, illius Prof. Ord. Facult. suae et Rev. Minist. Eccl. Rostoch. Senioris huiusque Directoris, summe Venerabilis et Spectabilissimi, Fautoris, Collegae et Amici mei, per longam annorum seriem, aestumatissimi, suavissimi, cui Deus T. O. M. tranquillam largiatur longaevitatem, in Ecclesiae Lutheranae insigne commodum et Familiarum celeberrimarum solatium, summis in utroque Iure Honoribus habeo ornandos.*

E 2

Tu



Tu, *Vir Doctissime!* es alter ex illis et vos ambo Fratres elegistis themata inauguralia, ex dulcissimo Iure Feudali. Obrulisti mihi singulas, vestro Marte elaboratas et ego] manuscripta vestra, consentiens, nihil earum mihi vindicans, gratulabundus remissi. Qua ulteriorem gratulationem refero me, ad eam, quam dilectissimo Domino Fratri dicavi. Testatur illa de iuncto amore veri Iuris Feudalis. De vero scribo, non de abusive tali. Exposui, dicto loco, mentem meam, exorbitans ius feudale, salva curiositate, exterminando. In ea doctrina perseverabo semper. Ne umbra quidem eorum, quae illustre et publice historicum conficiunt ius feudale, quadrat ad nexus, abusive admixtos. Nec modi constituendi, nec iura possidendi, nec casus finiendi, (ubique variae lepidae quaestiuunculae in cap. de feloniam unde et una cum tota fabula, de feloniam domini, otiosa) sunt adaequati; sed sunt merieri contractus vulgares, etiam inter privatos et inferioris subsellii homines. Subfeuda nobilium inter se, mutata militandi licentia, valeant, in, quantum valere possunt. In his Terris non dantur talia. De Pomerania, *vid.* B. SCHWARZIVS satis. Labet, in hac epistola, vanitatem quaestionum, de origine feudorum in genere, transeundo, attingere. Formant Feudistae quasi praecedentiae litem, inter gentes; sed en! ipsa natura oeconomiae publicae et privatae sistit origines, salva, apud hanc vel illam gentem, consuetudinaria cultura. Qua oeconomiam publicam, feudorum origo est distinctioni dominiorum coeva. Credo, ipsum Nimrodum, fortem venatorem, non leporum, sed hominum subiugandorum, (erat enim Nimrodus Conquestor) varios nexus, in forma generica feudales, constituisse. Monarchiae sufficit, qualitercunque, etiam ut comiter tantum colatur, alios sibi habere adstrictos, modo non sint aduersarii, ipse vero tremor gentium. Discitur genuinus Monarchiae conceptus ex Prophetiae Ezechielis Cap. XXXI. Cogitetur de tributariis et de colonis, Reip. Romanae. Legantur commentarii, ad tit. ff. de emphyteusi agentem, in quibus de oeconomia publica et vestigali stricto sic dicto, deque imitatione privatorum habetur satis. Providere, ne careant terrae inhabitatoribus atque cultoribus, et ut viri fideles sint in numerato, interest et refert. Habere Meieros, hereditarios praediorum possessores, obnoxios, Erb-Leute, proficuum est cuius bono patrifamilias, et multos ejusmodi clientes (quae vox per me sit generica) fecerunt devastationes bellicae. Respiciatur bellum e. gr. tri-

cen.



cennale atque examinentur contractus, ejus farinae, Mecklenburgici, qui sunt essentialiter innominatus ille do ut facias, ad conditiones arbitrarias. Subsisto, docendo, quae Auditoribus meis sat soepe sunt demonstrata. Tria, pro illustratione addo, commendo. Legatur Virgilii ecloga Bucolicorum prima, cum commentario historico, qua versiculos priores:

*Tityre, tu patulae recubans sub tegmine fagi,*

*Sylvestrem tenui Musam meditaris avena.*

*Nos patriae fines et dulcia linquimus arva:*

*Nos patriam fugimus, tu Tityre, lentus in umbra*

*Formosam resonare doces Amaryllida sylvas.*

Ita Meliboeus, per victoriam expulsus; cui respondet Tityrus:

*O Meliboe Deus nobis haec otia fecit.*

Per Deum intelligi Imperatorem Augustum, militi bene merenti et merito beneficium feudale praestantem, nullus commentatorum diffidetur. Pluralis: *nobis*, non est magnatismus Tityrinus, sed loquitur ille de se et de commilitonibus. Incidisset forte et in hanc meditationem B. REVSCHIVS, incipiens, scribere, de P. Virgilio Marone Jureconsulto, Helmst. 1727. promittensque p. 15. specimina plura; nisi inde desuper dubitandum, quod cum ecloga tertia fecerit initium, spondens continuationem, per Georgica et Aeneidos divinum (ita ille) opus.


Secundum, quod intendo, est ex HELMOLDI *Chron. Slavorum*, quod afficit patriam nostram. Scribit autem, de Henrico Leone, Saxone-Bavaro, quod terras diviserit inter Nobiles. Conf. B. Dn. ECKHARDI *Sched. von denen schwer zubekehrenden Wenden und daher in Mecklenburg eingeführten fremden Adel. Quedlinb. 1728.*

Tertium respicit passum, editi ANTONII ULRICI, Ducis Brunsv. Lüneb. de 1709. pro conservatione Meicrorum, qua verba: Die Einziehung — — — zu unserm Nachtheil, wegen des Abgangs, der Unterthanen und Landfolge, nicht zugestatten. Scil.  
praeter



praeter casum necessitatis. Vid. B. de LUDWIG, *Jus Clientelare*  
*Germ. Sect. 3. §. 24. not. 5.*

Urceolus fieret amphora, si non desisterem. Rogo, autem, in-  
stanter, *Vir Consultissime!* velis dare veniam meae digressioni. Redeo  
ad scopum scriptionis, qui est, ut  $\alpha$ ) Tibi gratuler, de studiis Rosto-  
chio-Goettingensibus, feliciter tractatis:  $\beta$ ) applaudam honoribus:  
 $\gamma$ ) appreco omnigenam salutem:  $\delta$ ) Tibi promittam neum perpe-  
tuum amorem, Teque  $\epsilon$ ) rogem, velis mihi meisque semper favere.  
Jehovah juvet et promoveat Te uterius, in Dei gloriam, Reip. et Pa-  
triae commodum, inclytarum Familiarum honorem, Parentum  
gaudium et proprium emolumentum, Faxit! Scrib, Rostochii,  
ipsis Augusti Calendis, Anni MDCCCLIX.













aminentur contractus, ejus farinae, Mecklenburgici,  
er innomiuatus ille do ut facias, ad conditiones ar-  
o, docendo, quae Auditoribus meis sat soepe sunt  
ria, pro illustratione addo, commendo. Legatur  
ucolicorum prima, cum commentario historico,  
ores.

u patulae recubans sub tegmine fagi,  
a tenui Musam meditaris avena.  
ae fines et dulcia linquimus arva:  
iam fugimus, tu Tityre, lentus in umbra  
resonare doces Amaryllida sylvas.  
per victoriam expulsum; cui respondet Tityrus:  
*Meliboe Deus nobis haec otia fecit.*

intelligi Imperatorem Augustum, militi bene merenti  
ium feudale praestantem, nullus commentatorum  
s: nobis, non est magnatismus Tityrinus, sed lo-  
t de commilitonibus. Incidisset forte et in hanc  
REVSCHIVS, incipiens, scribere, de P. Virgilio  
ulto, Helmst. 1727. promittensque p. 15. speci-  
nde desuper dubitandum, quod cum ecloga tertia  
pondens continuationem, per Georgica et Aenei-  
ille) opus.

quod intendo, est ex HELMOLDI Chron. Slavo-  
atriam nostram. Scribit autem, de Henrico Leone,  
quod terras diviserit inter Nobiles. Conf. B. Dn.  
d. von denen schwer zubekehrenden Wenden und dar-  
g eingeführten fremden Adel. Quedlinb. 1728.

picipit passum, edicti ANTONII ULRICI, Ducis  
1709. pro conservatione Meicrorum, qua verba:  
— — — zu unserm Nachtheil, wegen des  
erthanen und Landfolge, nicht zugestatten. Scil.  
praeter